



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Controversiae Ecclesiastico-Historicae

Casteel, Gerard

Coloniae Agrippinae, 1734

VD18 10739254

Controversia VIII. De Veronica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68244](#)



CONTROVERSIA VIII.

D E

Veronica.

A pud diversos legitur, id quod
avita credulitate fuit, quomo^d Christus Salvator noster
ponderosum Crucis lignum hu-
meris suis impositum per urbem
Hierosolymitanam ad Calvaria locum op-
pidò lassus, languidus, multumque crue-
tatus bajulans, ante fores cuiusdam mulie-
ris in vico substiterit; cuius vultum sanguineo
sudore perfusum cùm mulier illa, quæ
passim Veronica nominatur, fixis in eum
oculis observasset, commiseratione mota,
ac Sacro quodam impetu stimulata.

*Turbas hostiles turbans, mediosque per ho-
stes
Irrumpens, rupit more leonis iter;*

Faciem Soteris velo suo abstersit; vel, ut
aliis placet; velum illud Christo porrexit, ut
ipsem vultum detergeret. Quo factum,
ut linteum illud seu peplum Sanctissimi ejus-
dem vultus imaginem impressam receperit,
quod pia fœmina deinde tanquam omnibus
Gazis pretiosius & inestimabile amoris sym-
bolum manifestissimum toto vitæ suæ tem-
pore fertur reservasse, in summa veneratio-
ne habuisse, ac demum post fata sua poste-
rio reliquile, quidam Sæculi XII. Scriptores

apud Mabillonum *In. Ital. to. 1. pag. 81.*
referunt factum in horto Gethsemani, quan-
do Christus sanguinem sudavit.

Hæc mulier in Athenæum delata, varia
subit eruditorum judicia. Multi illam, cém-
que ab ea gestam, ut præfertur, propug-
nant, quibus suffragantur Palmerius, Sal-
meron, Baronius, Bzovius, Chisletius,
Aringhius, & novissimus Scriptor Garde-
boscus Doctor Theologus, Ordinis Cat-
holicarum in Provincia Tolosana Provincialis.
Honoratus à S. Maria repurans eam
sententiam magis probabilem. Ad horum
opinione stabiendum non inepte subser-
viunt.

I. Vetustissima multorumque serie est
conditionata traditio; apud Christianos or-
thodoxos indubitata, ut Henschen. ad 4.
Febr. scribit, summorum quoque Pontifi-
cum approbatione roborata, quod Veroni-
ca sudarium seu linteum Christo Domino
porrectum, vultusque sui impressione ve-
nerandum ab illo receperit. Quod quidem
sacratum linteum, postquam longo tempo-
re in obscuro dilituisset, tandem repertum
ac insigni apparatu in Urbem transportatum,
religiössime ibidem usque huc reservatur,
ac populo statim exhibetur temporibus. Ex-
tant etiam Bullæ Pontificiæ, vigore, qua-
rum

rum omnibus imaginem conspicientibus , & coram illo preces fundentibus Indulgentiae conceduntur. Quin & Urbanus VIII. Pontifex Maximus conditorum hujus sudarium affabre poliri & exornari fecit , cum inscriptione , quæ rem gestam exhibet. Idem Pontifex in uno loculomentorum prope Mausoleum Sancti Petri fieri curavit statuam Veronicæ operâ celeberrimi Statuarii Francisci Mochi : quam exponi non curasset , si traditio certa non esset. Accedit pariter Ecclesiæ Authoritas , quando S. Veronicæ (alias vocatur Berenice) quæ pium hoc Christo exhibuit officium , in diversis locis die quatta Februarii , (in Aquitania 15^{ta} ejusdem mensis ,) solemnî officio colitur , quod certè minimè congrueret , si nulla Veronica , quod quidam dicunt , extitisset.

II. In antiquissimis & probatissimis historiographis , ea quæ superius relata sunt , reperiuntur de Veronica. Et quidem in Martini Corneri , Ordinis Prædicatorum , Chro-nico MS. quod in variis extat Bibliothecis legitur , & ab Honorato à S. Mar. propagatur operosius , Volusianum quendam , qui Hierosolymis venerat ad JESUM Roman adducendum , quatenus Tiberium Imperatorem , gravissimo morbo decubentem , sanaret ; ex Veronica intellexisse medicum quæstuum cruci affixum : reliquissile tamen imaginem suam , quam si intutus esset Tiberius , procul dubio pristinæ illum valetudini restituendum iri ; quod & eventus postmodum probasset. In aliis item Chronicis perhibetur Volusianum jurasse , se mortem JESU Christi vindicatum ; & à morbo fuisse Imperatorem liberatum , quamprimum im- aginem ad se perlatam conspexit. Meminit quoque Veronicæ Constantinus Porphyrogenitus Imperator , in oratione , quam sœculo X. necedum adulto habuisse constat , relata ab Aringlio in Roma subterranea Lib. 5. cap. 4. Neque desunt plures alii Scriptores

fide dignissimi Historiæ hujus sinceritatem suo calculo testificantes , inter quos Marianus Scotus Chronologus nominatissimus , qui pro se citat Methodium Tyri Episcopum ac Martyrem , quem storuisse ferunt circa annum Christi . 302. plura in eandem rem ex Archivo Vaticano cellegit testimonia Jacob Grimaldus Anno 1612. Extat etiam in Biblioth. Vat. ejus imaginis Romanam sub Tiberio adiectæ Historia scripta antiquissimi mis caræcteribus , quam se perlegisse mihi retulit Clariſ. Theologus Tho. Stapletonus , ait Molanus.

Ex adverso stant Lucas Holsteinius , Joannes Mabillonius , Natalis Alexander , Daniël Papebrochius aliisque emunctæ naris viri , qui dicunt , quod Veronica sit vocabulum imaginis Salvatoris nostri in sudario expressæ & Romæ in Basílica S. Petri aſſervatæ , non mulieris ; inde traçto etymo ; quasi dicatur VERA ICON , seu ICONIA & , contractis in unum vocabulum litteris , Veronica : vel ex PHERO & ICON , Latinè ferens , repræsentans imaginem. Hanc Iconem anno Christi 605. in Zaphat repertam non procul à Jerusalem in arca marmorea in Sanctam civitatem , demum Romanam fuisse translatam variis scribunt. Hujus expositionis rationem Nat. Alexander desumit ex summi- rum Pontificum litteris ; Mabillonius ex Pe- tri Malli inedito libro de Basílica Sancti Pe- trii aliisque Authoribus conatur evincere. Nulla tamen hujus rei gestæ in Sacra Passio- nis Historia fit mentio. Licet enim Evan- gelistæ non omnia scriperint , quæ à Christo Domino sunt dicta vel facta : non est tamen verisimile aut ignorasse , aut omittere voluisse tam pium & maximè laudabile mulieris obsequium insigni miraculo approba- tum , qui aliarum mulierum sedula in Chri- stum satis accuratè recensuerunt præstata offi- cia. Sed neque de hujus fœminæ Patria , religione , statu , seu vitæ genere apud aliquem Scriptorem , qui saltem ante Sæculum

Octa-

DE VERONICA.

72
Octavum vixit , quidquani reperitur. Postiores etiam de nomine nequitquam conveniunt , quam alii Berenicem , alii Veronicam appellant , neque seriem rei gestae conformiter tradunt. Nihil autem magis contrarium certitudini quam varatio. Clem. i. de renuntiat.

Quae in probationem rei adferuntur , videtur citatis Authoribus admodum imbecillia. Quod enim Veronica matrona alicubi forte colatur , ut Sancta ; quemadmodum hodiecum apparet imago depicta , non ubivis historici testimonij vices probest. Constat etenim hunc cultum particularem errori obnoxium , quandom ab universali Ecclesia Catholica non fuerit receptus & Apostolica autoritate probatus tanquam legitimus. Meruisset unique haec mulier ut nomen suum in Sacris Dypthicis , quemadmodum aliarum piarum mulierum nomina , legeretur : atqui de Veronica nihil in antiquissimis martyrologiis Bedæ, Adonis , Usuardi , Wandalberti , quæ Sollerius pervolvit , neque Romano reperitur. Quod argumentum tanto magis premit , quod dicatur Roma Veronica mortua , aut sa' tem illius Reliquiae ibidem credantur esse depositæ. Excipit quidem Gardeboscus , quod Romanum Martyrologium non referat nisi Sanctos universaliter ab omnibus ut tales habitos : eo verò tempore , quo illud Martyrologium fuerat reculum nomine Veronicae passim , ut etiam nunc , esset incognitum. Sed argumentum mendicium & tenuissima exceptio sua opinioni tanto magis officit , quando minus credibile Veronicam tot sæculorum spatio fuisse incognitam , quæ inæstimabilem Thesaurum Ecclesia procurasset.

In Actis Erudit. Lipsiensium Anno 1696. legitur , quod Papebrochius in opere tunc edito obseruet Nomen Veronicæ in Galesini Martyrologio quidem haberi : ast Baronius cùm in Martyrologium Romanum multos

Sanctos succenturiaret ; Veronicam tamē addere ausum non fuisse ; imo Gregorii XIII. jussu expunxisse insertam. Postrem idem Biographus addit , se multerioris cultui nequaquam invidere : quin gratissimum sibi foret , si Romanæ Sedis authoritate Veronicæ nomen Martyrologio inseratur , Sanctitas illius definitur , & sic qualiscunque locus dubitandi omnibus eximatur.

Qui hic recurrent ad traditionem , sum nequeunt figere pedem : etenim multis traditiones vulgo receiptas ad curiosorum veritatis scrutorum eritaria relatas , merito explosas tanquam inanes & faculentas extra ambitum est. Fatendum equidem historicos quosdam , etiam omni exceptione excellentiores aliquando referre ea , quæ personum traditionem quasi cognoverunt. Unde Tacitus Lib. 3. Annal. cap. 6. Audire memini ex Senioribus scribit. Sed quales hi Seniores ? hujusmodi certè , qui rebus gestis ipsimet interfuerunt. Id , quod colligere licet ex iis , quæ postea subjungit. Narratur hoc ab iis , qui ad nostram juventutem duraverant. Igitur , qui Veronicam ex traditione constituerunt , ostendere debebunt , quomodo haec narratio de ea à primis laceris ad posteriora devenerit , quod omnino requiritur ad hoc , ut circa hæitantiam dici possit , historiam aliquam per traditionem esse propagatam. Illud , quod de sudarii inventione , translatione , cultu atque annexis Indulgentiis prætenditur ; si aliqualem fidem imaginis , quæ adscribitur Veronicæ , videantur adseiscere , certam reddere historiam nequeunt ; quæ recentis est fabrica. Neque multum momenti ad fert , quod Bullæ quædam Pontificiæ circumferantur , quæ Indulgentias , imaginem aspicientibus concederint : olim namque motum ea fuit corruptela , ut etiam pietatis cultores arbitrarentur se Deo non minus quam suis praestare obsequium , si aut veris fucum superadderent , aut in finem , quem judicabant bonum , fictum pro-

producerent, diplomata, Bullasque efformarent: adeò ut posteriores ævi nostri Pontifices Romani compulsose senserint plurium earundem fallitatem & inanitatem declarare. Quidquid sit de Sacro Sudario Christi eruentum faciem referente; de cuius possessione etiam Galli æquè ac Hispani hodiecum gloriantur, & in aliis partibus locis exhibetur, quod tamen unicum creditur: non tam illius existentiae veritas, quam prima à Veronica deducet origo impugnanda venit: quandoquidem ex adverso citati Authores in hoc condescendunt, quod sit vera Iconia seu effigies Christi Salvatoris, de qua officium Ecclesiasticum, etiam missa habetur ex Bibliotheca Ecclesiastica seu Commentariis Sacris de expositione & illustratione Missalis & Breviariorum, quam conscripsit Schultingius, olim Universitatis Coloniensis insigne decus. In hac enim reperitur Misla quædam hoc titulo. *De facie Domini, seu Veronica.* Secundum quem titulum nulla fuit sancta fœmina: sed est Festum imaginis Christi, quæ appellata fuit Veronica. De ea sic Ferdinandus Soc. JESU in *Disquis. reiquaria.* Lib. 1. cap. 1. sect. 2. Sudarium Veronice triplicatum putat Salmeron tom. 10. tract. 33. Baronius notat *Rome, Ierosolymis, in Gieni civitate Hispanie.* Viderint alii, an prototypon ac ectypon dici queant, quæ resontione in Gallia, Cadurci in Aquitania, Monasterioli in Diocesi Laudrensi. Adde, Petroconense apud Monachos Cistercienses. Quod Summus Pontifex illius, quod Romæ servatur, conditorum sumptuoso ornato illustrius reddiderit in eo fane laudandus: neque culpandus, quod Matronæ sudarium exhibentis statuam, quæ Veronica appellari creditur, fieri curaverit, in qua quidem artificium laudatur Architypon defideratur.

Acta demum ex antiquissimis Authoribus, ut præfertur, defuncta, per exiguae aut pene nullius sunt authoritatis, Hujusmodi commentis libros suos sarciverunt illi, qui abundantes culiginosorum credulitate temporum, scriptarunt, quæ antiquioribus probatisque Historicis protus incognita fuerunt, quæ tamen succedanei, quibus nihil abique fabulis placere potest, circa delectum expilantes tradiderunt tanquam verè gesta. Sed mihi opinionum, quæ sine auctore prodeunt, nulla curatio est. Profitetur Symmachus Lib. 1. Epist. 43. Martianus hoc patrum subsidii confert: & quod allegatur Chronicon Methodii, cuius fragmentum extat apud eundem Marianum & Martinum Polonum, S. Hieronymo fuit incognitum: neque apud alios, qui catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum ediderunt, hujus Methodii Chronicon recensetur. Fuerit proinde illud alterius cujusdam Methodii junioris, unde ne quidem semiplena probatio rei gestæ sumi potest. Postò Chronica MSS. ut plurimum sūisque dēque habenda. Quia multi multa scripserunt, qui id sibi negotii crediderunt solum dari, populo ut placerent, quas congregassent fabulas.


Hæc autem scripta sint disputationis gratiā: quæ, si forsitan pro parte negante videbuntur minus sufficere, meminisse oportet, in rebus Historicis per quam difficile esse negantem propotionem audacter tueri, ut Pachymeres bene animadverrit. Interim tamen facile concedet Lector, verissimum esse, quod religiosissimus Presbyter Tillemonius scriptit. *Comment. Hist. Eccles. tom. 1. part. 2.* Quæ de Veronica feruntur, incerta & dubia sunt. Quæ planè extra dubium non collocari, eo quod forsitan persona hujus nominis in aliqua

K Eccle-

74 Ecclesia particulari , cultu officiatur religioso ; nōrunt illi , quos minimè subterfugit , in hujuscemodi cultu ab Ecclesia Catholica non approbato , quandoque erratum , ac post temporis intervalla errorem deprehensum fuisse. Qualis quidem error , tanto minus inferebat veritati præjudicium ; quod à pia majorum simplicitate protectus , absque debita disquisitione à devotis posteris retentus sit , qui animum à fallitate

gerebant prorsus alienum. Cæterum vera sunt ac perspicua ea , quæ non ab aliis : sed à seip- sis fidem habent. Ait Aristoteles Lib. I. top.

cap. I.



CONTROVERSIA IX.

DE

Nicolao Diacono.

S. Joannes Apostolus & Evangelista in sua Apocalypsi cap. 2. meminit Nicolitarum & v. 6. legitur. Sed hoc habes , quia odiisti facta Nicolitarum , quæ & ego odi. Item v. 15. Sed habeo adversum te pauca , quia habes illic tenentes doctrinam Balaam , qui docebat Balac mittere scandalum , coram filiis Israel edere & fornicari , ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolitarum. Hos satis antiquâ traditione habemus sectatores impios exitisse , qui in Christo negabant unionem hypostaticam naturæ divinæ & humanae ; ac in illius persona Deum tantummodo specialiter habitasse impiè afferebant. Deum mundi hujus conditorem minimè

credebant &c. quæ leguntur apud Epiphanium. Magis certum est ex sacris litteris , quod promiscuam libidinem & abominabiles turpitudines docebant , pariter & exercabant , quod idolis oblata manducabant. Excrabilem horum Nicolitarum hæresin , non solum ex recordia ; sed nefanda spurem atque intemperantia sœdè conflatam , ut Theodorus Episcopus Cyrinensis scribit . Apostolorum tempore exitisse ; dubium esse nequit , quantumcumque non sine reprehensibili temeritate , tale hac de re formaverit Joannes Coccejus , quem sui sequuntur Negligenda sunt omnia , quæ temere dicuntur ; amplectenda , quarationibus probantur. Rectè ait Lucianus Epist. ad Philip-

S. Pe-